

concursum paratum, ut impeditur decretum Dei conditionatum de prebendo concursu sub conditione ad unam, vel alteram partem...

361 Deinde principiter contra hunc tertium dicendi modum accedit, quod licet iste modus satisfacere difficultati pro ratione...

362 Sed Contra, quia in primis gratis omnino dicitur positio precepti actus exterioris, Christum teneri solum ad actum externum...

363 At neque habet responso satisfactum, quia ut ipse paulo superius dixit oportet cogitari preceptum Dei ad Christum de aliquo actu...

364 Respondet rursum Averfa, quod cum actus exterior non habeat aliam libertatem, & bonitatem, & rationem meriti, nisi eandem cum actu interno...

ior pater, hac enim ratione dicitur omnes, actus potentia vegetativa liberos ex actu interno denominari non posse, quo libere acceptantur...

Respondet tandem Averfa, etiam in isto casu libertatem in Christo salvari posse, non quidem in ipsa acceptatione interna mortis precepti...

Quartus dicitur modus affirmare, Christum etiam stante precepto potuisse non mori, eo quod preceptum illud non fuerat obligatorium...

Deinde doctrina illa, quod dari possit mandatum atque Superioris non obligans ad ullum peccatum etiam veniale, non est omnino certa...

ARTICULUS SECUNDUS.

Quomodo Recensiores frequentius rem...

368 De usu modi dicendi frequentiores, & communiores in re Nooterios ad proponendam difficultatem componendam...

369 Sed etiam hic dicitur modus, quomodo communiter receptus, non minores patitur difficultates, quam alii haecenus examinati...

370 Confirmatur, quia Christum etiam de ipsis circumstantiis, & moribus habuisse preceptum expresse dicitur ex aliis locis...

Tum denique quia ex hac doctrina sequitur Christum universaliter loquendo non fuisse operatum circa opera praecipua...

qui opus ex ratione, qua preceptum est, & quidem libere. Hac de causa Amicus disp. 3. l. 3. in fine, & Arriaga disp. 41. de libertate Christi...

Ceterum neque hoc solutio sufficit, cum quod preceptum mortis fuit Christo impositum a Patre etiam quoad tempus, non quidem indeterminate...

Respondet Arriaga negando consequentiam, nam etiam anno cetero esset quis mortuus ex gravissimis calculi doloribus, forte in se gravioribus...

Denique stante etiam hac doctrina, si Christus mortem distulisset usque ad ultimum temporis horam, in qua preceptum mortis urgebat...

Nec demum satisfactum, quod dicunt alii, mortem ipsam mortis substantiam...

diversimodè se habuisse, quando promeruit, & quando præmi-
um accepit, quando enim præmiatur inquit, vult immutabiliter
hoc est in quantum consideratur, ut dicitur actum, & per consequens
ut prius naturaliter ipse actus comparatur ad illum, sed quanto mor-
talius non se immutabiliter habet, sed ut alienius actum contingenter
videtur esse, quibus expressè docet beatum immutabiliter eli-
cere actum beatificum, qui est præmius, non autem contingen-
ter; Tùm quia idemiam laudat ratio, nam vel Deus in illo priori
habet concursum paratum ad elicitionem actus beatifici, eiusque
suspensionem, vel non; si primum, ergo non oblitante clara Dei
visione adhuc voluntas beata de potentia Dei ordinaria potest
peccare, quia proxime potest non elicere actum, quod & ipse
negat conclusionem primam si secundum, iam voluntas beata non
libere proxime elicit actum beatificum, sed necessariò, quia non
potest proxime agere, & non agere ob defectum concursus pa-
rati ad utrumlibet. Tùm quia sequitur beatos esse in statu me-
rendi, nam libere elicerent actum beatificum, ex cuius libertate
quicquid postea fit à Beato diceretur liberum in causa, quia
cum libere se determinavit ad actum beatifici elicitionem, conse-
quenter libere acceptavit continuationem illius actus, & libere
etiam elicitionem cuiuscunque alterius actus conformis volunta-
ri divini; quare & per totam æternitatem merebitur, quia non
defecerit ei libertas meriti sufficientis.

Deinde ea adhuc admissa doctrina non consequitur intencum,
quod, scilicet, mors Christi fuerit libera, & consequenter meri-
toria, quia ut supra adverti n. 378. ex iam dictis lib. 2. disp. 6. q. 8. &
notat etiam Bellus cap. fundamentum moralitatis, & bonitatis
meritorie non est libertas in causa, sed in se, non solum in
principio, sed etiam in medio, & fine, ut dixi disp. 6. de per-
sonis. 109. aliter quæ in somno eveniunt, & causam habuerunt
liberæ, essent meritoria, & demeritoria, & qui venenum aliter
propinavit, tamdiu peccaret, quamdiu veneni operatio du-
raret, quæ omnia esse falsa loc. cit. abunde ostendimus, quia ratio-
nem etiam falsum est in exemplo à Vulpio allato, quod cum
quis libere se euri præcipiat, descensus ille post inchoatum semel
precipitum fit ei libera, ita quod descendendo dicitur actu-
aliter peccare, sed sic descensus ille non dicitur liber, nisi in
causa, ita nec dicitur peccatum nisi in causa, ergo admissio etiam
in proposito, quod elicitio actus beatifici in Christo fuerit libe-
ra, non ob id sequitur mortem subinde subsecutam fuisse actus,
& in se liberam, ac consequenter meritoriam, ut Vulpes con-
tendit, sed tantum in causa; & idem pariter dicendum est de
aliis actibus ad actum beatificum semel libere elicium conse-
quentibus; quod est omnino falsum, quia Christus non solum
in primo instanti, sed etiam toto vitæ suæ tempore nobis promp-
tissimo, etiam Vulpi doctæ ad aliquid in se falsum adhuc
difficultati propostæ non satisfecit. Denique quod à dicitur 4. p.
summa tom. 2. disp. 44. art. 5. Christum in omnibus actibus suis
circa quoscunque obiectum sive per se liberam beatam, sive in-
fusa propostum, habuisse expeditum omnino liberi arbitrii
usum, ita ut in actibus præceptis potuerit proxime actum elice-
re, vel suspendere, non bene in fide sonat, quia post proxime peccare, ut notat Bellus. cit. Quod si per intrin-
secam activam indifferentiam, quam voluntati Christi tribuit,
intelligit solum potentiam remotam, quam ex propria natura
voluntas habet ad agendum, & non agendum circa quodcum-
que obiectum, in hoc sensu utique verum dicit, quia utique
voluntas Christi hanc intrinsecam indifferentiam circa quem-
cunque actum habuit, inconsiderat tamen hæc intrinseca indifferen-
tia usus expeditus libertatis vocatur, quia usus libertatis ex-
peditus ordinem dicit ad concursum Dei paratum, quem
etiam connotat indifferentia proxima ad agendum, & non
agendum.

Quartus dicendi modus est aliorum Scotistarum dicentium
cum Recentioribus citatis n. 375. potuisse Christum ex sua libe-
ræ voluntate, & obtemperare à Deo dispensationem præcepti, &
quia talem noluit petere dispensationem, idem prolixè libere ob-
temperasse præcepto, quem dicendi modum, ut satis probabi-
lem approbat Bellus disp. 9. q. 2. art. 2. ob Scoti auctoritatem 3.
disp. 29. sicut ad questionem ubi habet, quod Christus de facto
passionem suam ordinarit, & obtulit Patri pro nobis, & idem
multum tenetur ei; ex quo enim potuisset homo aliter redimi,
& tamen ex sua libera voluntate se redemit, multum ei tenetur,
& amplius, quam si sic necessariò, & non aliter potuisset
fuisse redempti, sicut ad aliendum nos ad amorem suum, ut
credo, hoc præcipue fecit, & infra ad 2. art. concedo absolute,
quod pro bonum velle potuisset facis; scilicet, sed tamen aliter vol-
uit, ex quibus infer Bellus, fuisse in potestate Christi volu-
nære mortem, non quod mors fuerit, tanquam consilium à
Deo propostum Christo, sed quia poterat à Deo obtinere dispen-
sationem talis præcepti. Ceterum hic dicendi modus patitur
omnes difficultates, quas art. 2. contra eandem viam urhimus à
n. 376. & inde; & quando per id bene conciliaretur libertas

Christi cum eius physica impeccabilitate circa observantiam
præcepti moriendi pro hominibus, & aliorum positivorum, non
tantum aliorum naturalium, & primæ tabulæ, quæ sunt indisp-
ensabilia, ut etiam concedit Bellus disp. 12. q. 2. art. 2. ab in-
itio, quæ de causa ipse quoque ibidem aliam amplectitur modum
mox declarandum; Vade quoque etiam ob allatum Scoti au-
thoritatem hunc quartum dicendi modum quis vellet amplecti
pro conciliandi Christi libertatem cum eius impeccabilitate circa
observantiam præcepti moriendi, & cuiuscunque alterius posi-
tivi; tamen qui a hic non procedit de omnibus præceptis inclu-
dendo etiam naturalia, quæ dispensabili non sunt, sed ad sum-
mum de præceptis divinis voluntariis, & positivis, quæ sunt
dispensabilia; alium præstat amplecti nunc subiciendum,
tanquam universaliorem, & de omnibus præceptis, tam
positivis, quam naturalibus procedentem.

Quintus itaque omnium præcedentium, & in Subtilium Scholæ
communior dicendi modus, & conciliandi libertatem Christi
cum eius physica impeccabilitate in observantia cuiuscunque
præcepti, tam positivi, quam naturalis, est quem iam in summa-
rimum lib. 2. disp. 5. de actibus humanis q. 1. n. 15. de hac ipsa disp.
q. 3. n. 63. quod, scilicet, Christus Dominus, fuit speciali pri-
vilegio fuit simul viator, & comprehensor, ut dicitur in ab in-
itio huius q. n. 35. ex Scoto 3. disp. 18. q. 2. n. 1. ita etiam speciali
quodam modo merebatur, unde quamvis regulariter loquendo in
homine puro viatore ad merendum requiritur in voluntate pro-
xima libertas ad operandum, & non operandum, ut docent
Scripturæ, Patres, & quamplures Pontificæ Constitutiones à
simpliciter tamen, & absolute loquendo non est necessaria ad
meritum talis proxima libertas, sed sufficit re nota, quia ratio-
ne loc. cit. inquit Doctor actum beatificum Michaelis acceptari
posse à Deo de potentia absoluta, tanquam meritorium; ad hoc
enim sufficit, quod sit imparabilis actus ad laudem, & vipe-
ri; ut verò sit ita imparabilis, sufficit, ut sit fit in potestate
agentis, ut excludat necessitatem intrinsecam agendi, licet ex-
trinsecam habere, ex denegatione divini concursus parati ad
utrumlibet; sufficit, inquam, ut quantum est ex intrinseca vol-
untatis dispositione potest ipsa agere, & non agere, & actus fieri,
& non fieri, cum enim hic modus operandi sit intrinseca vol-
untati creatæ, non potest immutari per aliquod extrinsecum, si-
cut est denegatio concursus parati.

Confirmatur ex dictis q. 3. huius disp. 6. ubi reddendo ratio-
nem, cur libertas sit adeo necessaria conditio ad merito-
rum, ut nec de potentia Dei absoluta esse possit opus merito-
rum sine ea, distinctus esse, quia meritum est veluti quidam
contractus ex iustitia, quo merens offert, quod suum est, ad
permanentem in eius obsequium, & utilitatem, & præmian-
dam pro illo etiam id, cuius est Dominus; cum ergo ad id re-
quiratur dominium contrahentium supra suos actus, neque
dominium hoc dari queat sine libertate, consequenter nec sine
libertate potest merentem coactum; ita ad dominium supra
suos actus retinet creatæ voluntas etiam cum denegatione
concurfus divini parati ad oppositum, licet non omnino pro-
ximum, & expeditum; ergo retinet adhuc libertatem ad me-
ritum sufficientem, simpliciter, & absolute loquendo, si alio-
quin alia conditione non dicit ad meritum requiritur; ergo
in proposito Christus habuit libertatem ad meritum sufficientem,
etiam si suspensus esset concursus Dei paratus ad trans-
gressionem præceptorum; maior parat, vel dominium ad tota
consistit difficultas, probatur, exemplo Juristarum adducto à
Scoto q. disp. 22. q. 1. n. art. 2. quod interdum alicui remanet
ius in re, cui tamen non remanet, vel non competit actio
propter aliquod impedimentum, ut pluribus exemplis ostendi
potest; ita igitur in proposito potest voluntati conveni-
re dominium in suos actus, etiam si non competat actio, hoc
est expeditus sue libertatis usus, ob denegationem concursus
parati ad oppositum, sicut ergo in materia civili, si quis habet
dominium in re, etiam si non habeat actioem, possit cum
eo contractum inire, & tale ius, vel dominium ad eo emere,
cum ius apud iustitias pro re prærio æstimabili habeatur; ita in
materia morali poterit Deus accipere actum à creatura pro me-
ritorio, in quem ipsa dominium habeat, licet actionem non
habeat, hoc est expeditum libertatis usum, & potentiam pro-
ximam ad eius suspensionem ob denegationem concursus divini
parati ad oppositum. Cum igitur tale dominium in omnes actus
præceptos habuerit Christi voluntas cum intrinseca contingen-
tia, & indifferentia ad eos potentes, vel non potentes, con-
sequenter dicendum est, fuisse libertatem quantum sufficit ad me-
rendum, & contrahendum cum Deo, etiam si talis indifferen-
tia, & potentia ad oppositum non fuerit proxima, & cum
expedito libertatis usu; hæc igitur est ratio, cur absolute lo-
quendo libertas in indifferentia constituta ad agendum, &
non agendum sufficere possit ad meritum, etiam si talis in-
differentia sit remota, & extrinsece impedita ex deficientia

concurfus parati dixi absolute loquendo, quia regulariter in
nobis Viatoribus requiritur ad merendum indifferentia proxima
cum expedito libertatis usu; dixi etiam si aliter non desit condi-
tiones ad meritum requiritur, quia licet Beati de facto cum tali li-
bertate remota, ac intrinseca indifferentia actum beatificum elici-
ant, quia tamen sunt comprehensores, & perfectè Deo con-
iuncti, tam secundum iustitiam, quam commodi, & hoc for-
san conciliandi Christi libertatem cum eius impeccabilitate circa
meritum, qui tunc simul, & semel comprehensor, & viator ex
speciali privilegio.

391 Dicendum itaque pro resolutione totius difficultatis, Chri-
stum Dominum quoad actus præceptos fuisse utique liberum,
non liberate proxima ut potuerit non elicere, quia tunc etiam
peccare potuisset præceptum omittendo, sed liberate remota, &
intrinseca indifferentia ad agendum, & non agendum; quantum
enim erat ex parte ipsius voluntatis creatæ, poterat non observare
præcepta, sed à Deo preservante denegatus fuit concursus para-
tus ad transgressionem eorum; & quamvis hæc libertas in no-
bis ad meritum non sufficit, sed requiritur proxima supponens
concurfus Dei paratum ad utrumlibet; sed specialis tamen dis-
pensatio sufficientis fuit in Christo. Rationem verò dispensa-
tionis huius, ac specialis privilegii in eo eleganter deducit Do-
ctor loc. cit. ex ipsa dignitate Mediatoris, & Redemptoris, quoniam
enim ex una parte Christus venerat ad destruendum peccatum,
hac ratione, nedum peccati expers esse debet, sed etiam
potentia proxime ad peccandum, ut sic impeccabilis redderetur,
nedum moraliter, ut supra peccati lineari in gratia confirmati,
sed etiam physice. Et quoniam ex alia parte mediator erat
Dei, & hominum, redemptor, & advocatus humani generis,
multos debebat actus meritorios elicere; Quare sicut hæc ratio-
ne conceduntur omnes ex speciali dispensatione, ac privilegio
fuisse Christum Viatorem simul, & comprehensorem, ut mereri
posset, sic pariter concedi debet ex eodem necessitate capere,
quod ex speciali dispensatione, & privilegio hæc libertas remota,
& indifferentia intrinseca ad agendum, & non agendum fuerit
in ipso sufficientis ad rationem meriti, quamvis non sit sufficiens
in nobis, & hunc dicendi modum sic explicatum nedum se-
quuntur antiquiores auctores Scotiæ, & Scoti Expositores, sed
etiam Recentiores melioris note, ut Bellus & Gallus loc. cit.
Centinus disp. 10. de Inventionibus c. 8. in solutione secundi dubii
Scotum adducens 4. disp. 49. q. 16. & Faber pro primo dicendi
modo citatus, hunc etiam ipsum innuere voluit, ut non obli-
vè ex eius verbis colligitur. Ictum cum aliqua perplexitate loquar-
tur, ac terminorum confusione, qui modus adhuc magis clare-
scet ex solutione quarundam dubiorum; & est expressè
Scoto 3. disp. 16. q. 1. n. c. & disp. 17. obicit aut, quod potestas me-
rendi in Christo ita cum beatitudine dispensaretur, hoc est, ex
dispensatione iam dicta.

ARTICULUS QUARTUS.

Nonnulla Objectiones solvuntur.

392 IN Oppositum obicit Primò Pasqualigus disp. 94. sect. 5. item
I hæc adeo inter Recentiores acriter controversam esse pro-
fus, ut dici solet de Lana caprina, quia defectibilitas non est de
essentia libertatis, nec libertas arbitrii requiritur necessariò facul-
tatem peccandi, tùm quia Deus liberum habet arbitrium, & ta-
men peccare non potest; tùm quia libertas arbitrii est quædam
perfectio in homine, & in Deo, ac peccare est deficere à perfe-
ctione, ergo Christus potuit esse liber etiam in observantia
præceptorum, quamvis nequiret circa ea deficere, & peccare
ratione sue impeccabilitatis, quo fundamento ductus hic Au-
thor recedit à qualibet aliorum sententia, & ad componendam
Christi impeccabilitatem cum eius libertate ait, fuisse liberum,
etsi non possit non adimplere præcepta, quia salvatur indifferen-
tia sufficientis ad liberatem, etsi nequiret non observare; Esti
queratur, quænam fit hæc indifferentia respondet n. 39. esse,
quod attingeret utramque contradictionis partem, servato ordi-
nate ius, scilicet, amplectendo observantiam præcepti, & resu-
tando non observantiam. Sic etiam ex nostris videtur discurrere
Centinus disp. 10. c. 8. nam solvens secundum dubium, quomodo
fuerit Christus liber in observantia præceptorum, si non potuit
peccare, quamvis obiter nostram quoque tangat solutionem iam
deklararam, absolute tamen inquit, dici debere cum Augustino
in Encheridionem, idem asserendum non esse voluntatem liberam,
quia peccare non potest, nam multò liberius est arbitrium,
quod non potest, quam quod potest, servare peccato, est
enim servitus, non libertas peccare ipsum; Quod si querat ab
eo, quomodo ergo meritoria fuit passio Christi, si non fuit in
eius potestate, cum evadere; Respondet cum Scoto 3. disp. 16. q.
2. infra G. voluntatem posse habere actum meritorium circa ali-
quod obiectum, quod non est in potestate sua, imò quod est ne-

cessarium, & impossibile aliter se habere, ut si quis Deum di-
ligere volendo, illum esse bonum, iustum, sapientem, is me-
reretur, nec tamen obiectum est in potestate eius, quia vellet,
nollet, Deus est bonus, iustus, & sapiens; si ergo meriti poterit
voluntas Christi de passione sua, quamvis non fuerit in eius
potestate eam impedire, complacendo scilicet, illi passioni, &
acceptando ipsam propter bonum ex ipsa consequens; & hoc for-
san auctoritates illæ oblitæ est, quia ipse voluit hoc est, quia
acceptavit præceptum, & in observantia, & acceptatione
eius complacuit.

393 Respondo, concessio antecedente negando consequentiam,
siquidem Scotus 3. disp. ultima explicans auctoritatem Anselmi c.
1. de libero arbitrio quod posse peccare nec est libertas, nec pars li-
bertatis, optime declarat, quo sensu defectibilitas, vel potest
peccandi non fit de essentia libertatis; libertas enim absolute
sumpta est perfectio simpliciter, unde formaliter ponitur in Deo,
libertas autè in nobis est limitata, potest tamen concepti secundum
rationem eius formalis sine illa limitatione, & sic est perfectio
simpliciter, sicut enim sapientia in nobis includit duo, scilicet, rationem
in se ipsa, quæ est perfectio simpliciter, & limitationem, quæ
non est perfectio simpliciter, quæ voluntas in nobis includit li-
bertatem cum limitatione, quorum primum est perfectio simpliciter
alterum verò non; ratione primum non convenit illi posse peccare
sed, sed ratione secundi, & sic posse peccare nihil est libertatis,
ut libertas est perfectio simpliciter; quare licet defectibilitas
non fit de essentia libertatis, ut sic, tamen semper est annexa
cum libertate limitata in arbitrio creato circa malum morale;
quare cum voluntas Christi uti phisice, fit creata, ac eius li-
bertas limitata, necessariò declarandum est, quomodo circa
præceptorum observantiam fuerit libera, & adhuc peccare non
potuerit; Neque indifferentia assignata à Pasqualigo satis est
ad veram libertatem, hæc enim consistit in indifferentia ad eli-
ciendum, vel non eliciendum actum præceptum, non autem in
amplectendo observantiam præcepti; & resutando non obser-
vantiam, ut constat ex ipsis terminis. Quod etiam addit
Centinus ex Scoto 3. disp. 16. q. 2. utique verum est, quia ut volun-
tas actum habeat meritorium circa aliquod obiectum, minimè
opus est, quod obiectum actus sit in potestate voluntatis, sed
sufficit, quod in eius potestate sit actus ipse, & sic bene inquit
Doctor, quod quando etiam non fuisse, in potestate voluntatis
Christi suam impedire passionem, vel dispensationem imperando,
vel alio modo adhuc mereri potuit liberè eam acceptando;
quod intelligendum est de libertate ita explicata, nam si pro-
ximè, & expeditè potuisset non accipere, tamen libertas
non bene, componeretur cum eius impeccabilitate, quam dixi-
mus non tantum moralem esse, sed etiam physicam, qualis est
impeccabilitas Beatorum.

394 Secundo Suarez disp. 37. cit. sect. 2. plura aggerat, & exaggerat
Scripturæ, & Patrum testimonia ad probandum voluntatem hu-
manam Christi fuisse proprie, & perfectè liberam in actibus suis,
hoc est, non tantum à coactione, quatenus voluntariè operaba-
tur, & non coacte, sed etiam à necessitate, quia, scilicet, aliquo
modo habet in sua potestate operari, & non operari, hoc innuit il-
lud Ila. 53. oblitus est, quia ipse voluit ubi Hieron. illam volun-
tatem necessitati opponit dicens non necessitate, sed voluntate cran-
tem subit, & illa verba explicat non solum ratione voluntatis
divinæ, sed etiam humanæ; Item Ioan. 10. ego pono animam meam
nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me ipso, quæ verba Cyril-
lus lib. 7. cap. 7. conferunt cum loco Ista. citato late agens de hac
Christi libertate. Confirmat hoc idem ex illis testimoniis que
sunt de Christi obedientia, & præcepto mortis illi à Patre im-
posito, non est enim voluntas capax præcepti, & obedientiæ, nisi
sit libera, quis enim precipiat alicui necessarium actum, quem
non possit non operari unde Sancti Patres de nostra libertate dis-
putantes ex hoc positivum principio illam colligunt, quod si-
mus capaces præcepti, & obedientiæ, præmi, & meriti. Deni-
que si liberum arbitrium potest stare cum necessitate, immertito
Calvinus, Baius, & alii Hæretici fuissent damnati, perierunt
quia negarunt illi libertatem necessitati oppositam, non autem
coactioni.

395 Respondet Bellus auctoritates allatas, & similes in actibus
non præceptis utique significare perfectum libertatis usum,
ac in actibus præceptis significare libertatem à coactione, quia
Christus non fuit ab aliquo coactus ad moriendum, sed libe-
re id est, voluntariè se determinavit ad subeundam mortem;
tùm quia in sententia Doctoris cum necessitate potest stare
libertas essentialis, quatenus voluntas non ab alio, vel na-
turali quadam vi vult obiectum, sed à se ipsa, & ex proprio
dominio elicit actum, quamvis ad oppositum non habeat pro-
ximam potentiam. Sed quamvis tota hæc doctrina sit vera,
non tamen sufficientes est ad illas auctoritates plene exponendas,
quia nec sola libertas à coactione, nec sola libertas essentialis
cum necessitate intrinseca connexa, qualem agnoscit Scotus in
actum

actu essentiali, & notionaliter voluntatis ad intrinsecum sufficiens est ad meritum, ut dicitur supra num. 351. & 382. atque idem maior in ad hunc liberatem agnosceret debemus in Christi actibus etiam in preceptis, ut per eos perfecte meruisse dicitur. Gallus autem loc. cit. e contrario ita respondet, ut vellet in Christo aliter potentiam etiam propinquam, & expeditum ad utrumlibet; inquit enim ad aliquem actum liberè à voluntate eligendum non per omnia adesse, quæ ad oppositum actum possulantur, sed tantum quod voluntas circa illum actum nihil intrinsecum habeat, per quod in uso, & exercitio ad illius executionem determinetur; voluntas autem Christi, licet ad fructuonem determinetur; voluntas autem Christi, licet ad fructuonem libera, & suæ potestati relicta, ut notat Doctor 4. dist. 46. qu. 4. artic. 3. *verisignanter* dicens: voluntatem beati à Deo deineri in fructuone beati, stante tamen liberate considerandi alia obiecta, & ea amandi, quorum consideratio, & dilectio non impedit illud bonum. Quod verò ad liberatem non requiritur impromptu esse omnia, quæ ad oppositum actum petuntur, patet experimento; nam plerumque evenit, ut circa delectationem suorum peccatorum, vel Dei amorem, aliquis ita sit occupatus, ut nihil de opposito cogitet.

396 At si per hæc intendit hæc Auctor adstruere in Christo plenum, & expeditum liberatis usum circa preceptorum observantiam, qualem nos habemus, in alteram abie extremam; & vix, ac nec vix quidem eius impeccabilitatem cum tanta liberate salvabit; Et quamvis gratis fateatur ad aliquem actum liberè à voluntate eligendum opus non esse omnia adesse, quæ ad oppositum actum possulantur, quia id tantum ad liberatem specificationis, sed contrarietatis requiritur; possulantur tamen omnia necessariò prærequisita ad agendum, inter quæ una ex præceptis conditionibus requisita est concursus Dei paratus ad utrumlibet, hoc est ad operandum, & non operandum, itaque in actu primo non sit ad alteram partem determinatus, sed ad utrumlibet indifferens; Neque Scotus est dist. 46. qu. 4. intendit in Beatis adstruere circa alia obiecta plenum, & expeditum liberatis usum, qualem nos Viatores habemus, sed talem usum præcisè, qui non impediatur illud bonum, ut concepis verbis sibi se declarat, ut non in maiorem liberatem sibi attruere in beatis, quam quæ ab eodem deferretur, ac plenus declaratur infra dist. 49. qu. 6. §. dico ergo.

397 Itaque dicendum est Christum in actibus non preceptis habuisse perfectum, & plenum liberatis usum; actibus verò preceptis, licet non habuerit plenum liberatis usum, non propterea habuisse solam liberatem à coactione, vel liberatem essentialiter cum intrinseca necessitate coherentem, sed præterea habuisse liberatem etiam ad aliquem actum eligendum, & cum contingencia connexam, qua ratione inquit Doctor 1. dist. 1. qu. 4. artic. 3. & 4. dist. 49. qu. 6. D. voluntatem beati etiam respectu fructuonis non ingenter se habere, non necessariò à quod ita declarat ibidem §. dico ergo, quia nimirum voluntas potest dici libera vel proximè, vel remotè, primò modo libera dicitur cum possit omnibus ad agendum prærequisitis ita elicere actum, ut possit etiam absolute non elicere, quo casu potius dicitur plenus, & expedito usu ius liberatis, secundo modo libera dicitur cum in elicitione actus ita sit determinata ad agendum, ut nequeat actum suspendere nõ quidem ex se, & ex propria natura, quia respectu cuiuslibet actus, & obiecti voluntas creata, quantum est ex se contingenter, se habet, & cum indifferencia ad agendum, & non agendum, etiam fructuonem ipsam includendo, sed ab extrinseco non quidem ab aliqua forma sibi à Deo impressa, sed ab ipso Deo immediate, quatenus non vult concurrere ad oppositum illius actus, ut declaratur est dist. 7. de Anima à num. 144. ex quo constat necessitatem, quam Beatus habet in elicitione actus fructuonis, eiusque continuatione, non esse intrinsecam, sed solum extrinsecam, ratione non tollere intrinsecam actus contingencia, qua ratione inquit Doctor ibid. licet K. voluntate in eius actus elicitione esse laudabilem, pro quanto ipsa voluntas in suo ordine contingenter se determinat; imò addit posse dici quod contingens in voluntatis in suo ordine concludit contingencia simpliciter effectus, & per consequens simpliciter contingens est, quod non peccet, tamen nunquam evenit, quia causa superior semper præservat. Quod si dicas saltem in potestate voluntatis esse ut eveniat; respondet Doctor, quod non ideo est minus beata, si in potestate eius sit, quod eveniat, quod tamen nunquam evenit; & ideo nunquam evenit, quia voluntas divina semper prevenit.

398 Hæc Scotus ibidem, quæ ad verbum referre volvi, ut constet de mente eius, Beati n in ipso fructuonis actu talem habere liberatem & cum tali necessitate annexam, quæ ad meritum sufficeret, si alie condiciones non desissent, simpliciter & absolute loquendo; alioquin regulariter loquendo ex lege iam statuta requiritur liberatis, & potentia proxima ad agendum, & non agendum, ac plenus, & expeditus liberatis

usus, ut quis mereri dicitur nec sufficit liberatis remota iam declarata, nisi cum speciali privilegio, & dispensatione, sicut factum est in Christo ob rationem allatam, quæ non currit in cæteris Beatis; hæc ergo remota liberatis iam declarata, & cum intrinseca contingencia connexa sufficit ad salvandas iustitias Mediatorum Dei, & hominum; & ex alia parte adhuc pro nobis mereri potest; siquidem ad meritum huiusmodi Mediatoris, & Redemptoris sufficit ius liberatis intrinseca, & remota; hæc enim re vera sufficit, ut eius voluntas in servandis præceptis non diceretur determinata omnino ad alteram partem; quamvis enim determinata esset ratione principii extrinseci ex defectu concursus parati ad utrumlibet, dicebatur tamen adhuc indeterminata ratione principii intrinseci, à qua indeterminatio liberatis actus principaliter attenditur; quod eodem exemplo in argumento allato loaderi potest, quamvis enim in carcere constitutus, licet non esset compedibus ligatus, non diceretur liber ad fugam, adhuc tamen diceretur magis liber, quam si esset quoque compedibus ligatus, in tali enim casu omnimoda utriusque liberatis careret ad fugam; & ita quod sola militum custodia tenetur inclusus, adhuc ex parte sui aliquam intelligitur habere liberatem evadendi; quatenus potentiam motivam non habet impediam.

400 Quod tandem argueretur argumentum commune, & militans in omni sententia: vel voluntas Christi potuit non implere precepta, vel non potuit; si potuit, ergo potuit peccare, & sic non erat impeccabilis sic, ut potentia ad peccatum tolleretur; si non potuit; ergo non adiuat in implerem liberatis, atque ideo neque meritum. Respondendo cum distinctione ex allata doctrina desumpta, potuit non implere præcepta potentia merito, non potuit potentia proxima; ex hoc secundo capite reddebatur impeccabilis, & quidem tali impeccabilitate; quæ potentiam physicam proximam peccandi excluderet; ex primo verò capite habebat liberatem ad meritum sufficientem, quæ licet exigua liberatis in nobis puris Viatoribus non sufficeret ad meritum, sufficiebat tamen in Christo ex peculiari privilegio, & specialis dispensatione; Et plane sicut Deus cum Christo dispensavit in ea conditione ad meritum regulariter requisita, quod merens non sit comprehensor, sed viator; ita etiam aequè bene poterat, in alia quoque conditione dispensare, quod debeat esse actus perfecte, & plene liber, hoc est, elicitus, cum pleno, & expedito liberatis usu; Dicens dispensare esse rationem de una, & altera conditione; nam quod merens sit purus Viator est conditio ad meritum requisita, non ex natura rei, sed ex sola Dei lege iam statuta, nam de potentia Dei absoluta potest quoque comprehensor mereri pro suis actibus; at liberatis est conditio ex natura rei requisita, ac ad meritum necessaria, ut nec de potentia Dei absoluta possit esse opus meritorium sine ea, ut dictum est qu. 3. huius dist. §. 2.

401 Respondendo, quando dicitur liberatis esse conditio ex natura rei ad meritum requisita, hoc esse intelligendum de liberate societari intrinseca, quæ consistit in potentia, & facultate ad agendum, & non agendum, quam liberatem habuit voluntas Christi etiam circa ad præcepta; non autem necessario intelligendum est de liberate proxima, quæ importat expeditum liberatis usum, & dicitur ordinem non tantum ad principium intrinsecum actuum ex se determinatum ad agendum, sed etiam ad cætera prærequisita extrinseca, & præsertim ad concursum Dei paratum, qui omnino necessarius est ad expeditum liberatis usum; non, inquam, intelligitur dictum illud de hac proxima liberate, quia sub hac reduplicacione non est essentialis, & intrinseca voluntatis, sed accidentalis, & extrinseca, cum sine ea reperiri possit; ut evenit in beatis circa actum beatificum; unde quævis regulariter loquendo hæc tria proxima liberatis requiruntur ad meritum, nec sufficit sola liberatis remota, ut Patres, & Concilia docent contra quosdam Hæreticos; nihilominus in Christo Domino ex speciali privilegio, ac dispensatione, sola liberatis remota sufficiens fuit ad meritum, ut hoc modo conciliatur in ipso liberatis ad meritum cum eius impeccabilitate, non tantum morali, sed etiam physica, quod totum insinuat Doctor 3. dist. 18. qu. univ. D. & dist. 12. cum dicit, quod potestas merendi in Christo stat cum beatitudine dispensative, & dispensatio stat in hoc, quod ubi in nobis ad potestatem merendi requiritur proxima liberatis, in Christo sufficit remota.

402 Respondendo argumentum probare tantum, Christum non habuisse liberatem requisitam ad meritum puri Viatoris; ad hoc enim requiritur liberatis proxima, & plenus ac expeditus

QUESTIO DECIMA.

Quibus actibus Christus meruerit.

Plura sibi Christum meruisse, & adhuc plura nobis certum est, sicut etiam quod meruerit per omnes actus bonos moraliter, quos elicuit, quia nihil impedit, quo minus quicumque talis ab ipso elicuit esset meritorius, ut conlat ex dictis quest. præced. & quidem de condigno respectu præmit cunctis quæ ad quod Christus ipsum referebat modo discussa est an meruerit per actum amoris præsertim beatifici. Vaquez dist. 64. cap. 3. negat absolute Christum meruisse per actum dilectionis Dei beatificum, præter quem alium actum amoris in Christo non agnoscat, propter carentiam liberatis. Alii verò affirmant, sed ut salvent liberatem in eo actu, variè distinguunt, dicentes eundem actum dilectionis beatificæ in Christo fuisse simul ex una parte necessarium, ex alia vero parte liberum, & sic meritorium, quod variis modis explicare nituntur. Alii tandem distinguunt de actu dilectionis Dei, quod aliter sit beatificus procedens à scientia beata, & hunc a iustis non esse meritorium, quia necessarium non liberum; aliter sit supernaturalis à scientia infusa proveniens, qui sicut liber, & consequenter meritorius; ita Recentiores passim Suarez, Valencia, Tannerus, Lugo, Averla, Bernal, Alvarez, Meracius, Palqualigus, Ragusa, Amicus, Arriaga, Orlandus, & alii reputantes absurdum, Christum non meruisse per illum actum amoris erga Deum, qui est inter omnes nobilissimus.

ARTICULUS PRIMUS.

Christum meruisse, & præsertim per actum amoris erga Deum.

Pro resolutione questionis. Primò dicendum est Christum à primo suo conceptionis instanti capisse mereri, quæ ex tunc habuit perfectissimum usum rationis, & fuerunt cætera conditiones ad meritum requisitæ, quod clarè deducitur ex illo ad Hebræos 10. idè ingrediens mundum dicit hostiam, & oblationem noluisse, corpus autem apertissimum, & quidem meruisse per actus omnium virtutum, quos exercuit etiam præceptis 3. quamvis enim disputent Theologi, an ad actum meritorium requiratur relatio saltem virtualis in Deum, ut finem supernaturalem, an vero sufficiat tantum habitualis, hoc est, quod actus sit ex se referibilis ad Deum, ut ad finem supernaturalem, & iuxta inclinationem gratiæ elicitus, de quo fusi dixi lib. 2. dist. 7. de dispensatione qu. 9. hæc tamen difficultas locum in Christo habere nequit; cum enim debeamus illi meritum tribuere perfectiori modo, quo possit, dicendum est quemlibet actum non solum virtualiter in Deum retulisse, sed etiam actualiter, & ex motivo amoris, quo Deum prosequeretur, omnia alia opera bona exercitisse; Ex quo etiam deducendum est omnes ejus actus fuisse supernaturales, sicut ad actum meritorium requiritur, siquidem dum ex motivo virtutis operatur, facillimum erat ei operari ex motivo supernaturali, & exercendo actum supernaturalem; quare non est cur dici debeat meruisse per illum actum naturalem, sed potius dici debet semper, & in omni actu meruisse quæ semper exercebat actum supernaturalem, ut notat Averla cit.

Secundò, quia inter actus ipsos supernaturales virtutum insinuat præcipue consideratur actus charitatis, & dilectionis erga Deum, qui sanè est excellentissimus omnium, dicendum est Christum per talem quoque actum meruisse, quod probat Doctor 3. dist. 18. qu. univ. S. in ista questione, quia primò obiectum, circa quod aliquis meretur primò, & idè ipse Deus, secundum quod affectione iustitiæ, vult Deo bonum, scilicet, esse, & bene esse, scilicet, iustum, sapientem, &c. meritum enim est ordinatus motus circa Deum volendo isti bonum; quapropter meritum dicitur reperiri in portione superiori, & radice omnis meriti esse in voluntate secundum affectionem iustitiæ, non secundum affectionem commodi, ut ibi latè tradidit Doctor; sed actus iste est charitatis, & dilectionis ergo Christi tali actu meruit. Tum quia omnium virtutum principis est charitas, unde ejus opus est inter omnes virtutes perfectissimum; ergo si actus aliarum virtutum in Christo fuerunt meritorii, non erit hoc charitati denegandum, alioquin Christus excellentiori actu meritorio caruisset; Tum etiam quia hoc præsertim motivo, nempe charitatis, alia etiam opera sua frequentissime exercebat, scilicet, ex amore, & dilectione Dei, & proximi; operatur enim & patiebatur ex insigni sua dilectione erga Deum, quem glorificare intendebat, & charitate erga homines, quos redimere venerat, quod ipse expressit Ioan. 14. ut cognoscat mundus quoniam diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio, & indicavit etiam Apost. 2. Corinth. 3. charitas Christi urget nos assumantur hoc.